



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 60. Ludovici XIII. Galliarum Regis pacificatio cum Africæ Imperatore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

Sæc. XVII.  
A. C. 1632.

§. LX.

*Ludovici XIII. Galliarum Regis  
cificatio cum Africæ Im-  
peratore.*

*Lotich. rer. Germ. l. 46. cap. 5.* Jam antea Galliarum Rex cum Af-

cano Rege, qui se Africæ Imper-  
torem & Marocenum Regem appell-  
tabat, quindecim annorum induc-  
paciscebatur; hanc vero pacem qu-  
dam Gallus Christianæ Religionis de-  
fensor violaverat, dum ex Regia Bi-  
bliotheca inter ceteros Codices open-  
D. Augustini, & quidem autographi  
omnia auro, ac unionibus pretiolissi-  
mis ornata furto surripuit, atque ex  
Africa in Hispanias transtulit, ubi in  
hunc usque diem asservantur. Cum  
vero per Barbarorum securitatem plurimum  
Franciæ commercium promove-  
retur, hinc Richelius Cardinalis mis-  
sis in Africam Legatis die vigilius  
quarta Septembbris pacem redintegrar-  
studuit, sub his legibus. I. Omnia  
mancipia libere dimittantur, nec de-  
ceps Gallus in servitutem redigatur.  
II. Singuli Mercatores Galli sine tri-  
buto novo per hoc Regnum libere ne-  
gotientur, eadem facultate Æthiopi-  
bus vicissim per Gallias concessa.  
III. Gallis liceat per Africæ urbes constitutae

re Consules, qui Christianorum caussas  
djudicarent. IV. Unaquæque Reli- Sæc. XVII.  
A.C. 1632.  
gio libertate gaudeat, atque in Gallo-  
rum usus Cœnobia PP. Capuccinis eri-  
gantur. V. Eadem negotiandi liber-  
tas exteris Christianis concedatur, si  
Gallorum merces deferant. VI. Gal-  
liarum Rex adversus Africani subditos  
Hispanis nulla ferat auxilia, nec Afri-  
canus arma contra Franciæ amicos  
vertat. Firmatis utrinque hisce arti-  
culis pax inter utrumque Regem re-  
floruit.

### §. LXI.

#### *Nova dissidia inter ipsos Helvetios exorta.*

Dum interea Helvetii, Ludovico Fran- Lotich. l.c.  
ciæ & Gustavo Sueciæ regibus id l. 52. c. 3.  
suidentibus, se neutri parti, fervente  
Germaniæ bello, adhæsuros polliceban-  
tur, ab exteris injuriis tuti intestina  
fovebant dissidia: Postquam enim Cal-  
vino-Zwingliana pestis Tigurinos in-  
vaserat, hi in Turgoviam, seu Comi-  
tatum Provincialem, necnon Appen-  
zellam & Rheintaliam imperium sibi  
vendicabant, facta inter se transactio-  
ne, ut tam Catholicæ, quam Calvi-  
nianæ Religionis exercitum ibidem  
esset liberum: Hac conventione freti  
Pp 2 Tigu-